



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis Prædicatorum

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

Forma præstandi canonicum iurame[n]tu[m] de defende[n]da Ecclesia
haereticam prauitatem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13589

Forma praestandi canonicum iuramentum de A
defendenda, Ecclesia contra haereticam
prauitatem.



Os talis Vicarius talis ciuitatis vel
loci, & talis subuicarius, & talis bal
liuus, & talis subballiuus, & tales
consules, vel Iurati ciuitatis talis,
vel loci, ad requisitionem & moni
tionem venerabilis praefati domini Inquisitoris
fratris N. tamquam veri fideles & obediētes Ec
clesiae sanctae Dei: promittimus & iuramus per
haec sancta quatuor Euangelia coram nobis po
sita, & per nos corporaliter tacta, quod fide Do
mini nostri Iesu Christi, & sanctae Romanae Ec
clesiae tenebimus, & tenei faciemus, seruabi
mus, & seruati faciemus, & ipsam contra omnes
pro viribus defendemus, ita quod haereticos, cre
dentes, fautores, & receptatores, ac defensores
eorum; nec non diffamatos, vel suspectos de ha
eresi, persequemur, & capiemus, seu capi facie
mus quodcumque; poterimus: & acculabimus,
& denunciabimus Ecclesiae, vel Inquisitoribus,
si alicubi sciuerimus eos esse, vel aliquē de praedi
ctis, praesertim cum fuerimus requisiti. Item
q̄ non commitemus balliuias, sayonias, vel ali
qua officia publica, quibusuis nominibus censean
tur, alicui de huiusmodi personis pestiferis, vel
suspectis, ac diffamatis de haeresi: nec alicui, cui
impositum fuerit ratione criminis haeresis, vel
alias prohibitum ab Inquisitoribus, vel a iure, q̄
publicis officijs non fungatur: nec eos, uti praedi
ctis, nec tenere publica officia permittemus. Itē
b quod nullum de praedictis recipiemus, nec ha
bebitus in nostra familia, vel consortio, vel ser
uitio, nec in nostro consilio scienter: & si forte
contrarium factum fuerit ignoranter, illos post
quam ad noticiam nostram per Ecclesiam, vel
Inquisitores haereticae prauitatis, vel eorum Co
mmissarios peruenerit, protinus expellemus: &
quod in his & in alijs, quae ad officium inquisi
tionis haereticae prauitatis pertinent, erimus obe
dientes Deo & Romanae Ecclesiae, & Inquisito
ribus eiusdem haereticae prauitatis, iuxta officium
& posse nostrum: sic nos Deus adiuuet, & haec,
super quibus iuramus, sancta Dei Euangelia ma
nibus proprijs per nos tacta.

Recusantes
a. moncan
tur, &c.

Nom. II.

COMMENT. IIII.

Iuramentum
magistratum
q̄ d̄ cōtineat,
cum iussa In
quisitorū iu
raui.

Hoc etiam canonicū iuramentum praestitū
olim sancitū cōcilij Biturēse c. 32. vbi sin
gillatim expressit, quae in hoc iuramento cōtineri de
beant, quae quoniam claram lucē sunt loco huic alla
tura, non duximus omitteuda, habet autem cōcilij
iura. Adiecto in iuramento Comitum, Baronum,
Rectorum, & Consulū, ac Balliuorum ciuita

tum, ac aliorum locorum, quōd fideliter & effi
caciter, cum ab eis fuerit requisitum, Ecclesiam
contra haereticos & eorum complices adiuua
bunt, iuxta officium & posse suum, & de tertijs
sua iurisdictioni subiectis bona fide pro viribus
exterminare studebunt vniuersos haereticos ab
Ecclesia denotatos. haesenus ibi.

In statutis Vrbs Roma lib. 1. c. 7. de iurame
to Senatoris de hac quoque re ita cauetur. Senator
statim cū Capitolium ascenderit ad officium exe
cendum, iuret in manibus Conseruatorū ad san
cta Dei Euangelia, &c. Inquisitoribus haeretice
prauitatis contra haereticos, quandocunq; fuerit
requisitus, fauorem, & auxilium praestare, &c.

Illud monebo, posse, ac debere inquisitores pro
temporum varietate, ac haeresim pullulantiū qua
litate adijcere in hoc iuramento eas clausulas, quas
opportunas iudicauerint, veluti nostris temporibus
se adiuuatores Ecclesiam contra Lutheranos, Cal
uiniūtas, & ceteros haereticos quibuscunq; nomi
nibus censeantur: possunt autem huiusmodi iura
menti formula facile ab eruditjs concipi, nunc susci
piunt, nunc breuioribus verbis, dummodo in substā
tia complectantur, quae a concilio Biturēsi praescri
buntur. eiusdem quoque iuramenti meminit Zach
nus tract. de haeret. c. 37. eum videto.

Item quod nō commitemus balliuias, sayo
nias, vel aliqua officia publica, &c. alicui de hu
iusmodi personis pestiferis, &c. Hae clausula est
etiā valde necessaria, & propterea nullo modo fuit
omitteuda, desumpsit eam (vt credo) Eymericus ex
concilio Tholosano ca. 16. in quo ita sancitum est:
Inhibemus etiā ne praelati, barones, milites, seu
quicunq; domini terrarum, haereticis, vel creden
tibus eorum, balliuias, seu administrationes ter
rarum terrarum committant. hac ibi. Hinc enim
quot incommoda oriuntur, testantur passim maiorū
exempla, quibus ob breuitatem valere iussit, id solum
commemorabo, quod Laurentius Surius memoria
prodidit in commentarijs historiae sui temporis: ait
enim Martinum Lutherum hominem pestilentem,
& cum antiquis haesiarchis facile confereudum,
& ad omnia mala natū, Vormariam a Casare Ca
rolo Quinto euocatum data si de publicis, dummodo
in itinere a praedicandis haesibus abstineret, ideo
contra Caesaris edictum fecisse, & impunitum eua
sisse, quoniā Caesaris caduceator, qui fuerat missus
ad conducendum Lutherum, haeretica labe infectus
erat, Luteroq; tacite fauebat; quod si Caesar resci
uisset, potuisset tunc Lutherum perdere. Cautionem
est ergo diligentissime, ne vlla penitus admini
strationes haereticis, aut etiam suspectis de haesi cōm
tantur. idem quoq; cauit cōcilium Biturēse c. 28.
quod paulo post referam, huc spectant quae dixi su
pra par. 2. super q. 53. & 57. quae ad hunc locum il
lustrandum sunt apta.

Iam Balliuae & sayoniae, voces sunt vulgares
Primas, Gallicanae, quae significatur potestas eorum,
qui exercent iudicium decreta & ministeria, sine
eorū qui imperia iudicium exequuntur, quales sunt ap
paritores, lictores, & ceteri administri. Altera est
Hispana antiqua, quae indicatur officij satellitū, ap
paritorū, seu ministrorū ipsorū iudicium, seu magis
stratum.

Stratum criminalium, quos Itali vocant sbirros. perinde est ergo ac si diceretur, non faciemus ministros eos qui male de fide sentiant, aut hereticis faueant: siue non proficiemus tales officii publicis aut honorificis administrationibus: nam per illud verbum, bailliuas, id quoque potest significari, vt videtur indicare Concilium Biterense, cap. 28. ibi: Et ne Bailliuas seu administrationes teneant.

Item quod nullum de predictis recipimus, nec habebimus in nostra familia, vel consortio, vel seruitio, nec in nostro consilio sentent. Desumptum valde prudenter ex concilio Tholosano, & concilio Biterensi, in quorum primo, c. 16. ita scriptum est: Sed nec eos (scilicet hereticos, aut eorum credentes) aut etiam aliquos diffamatos de heresi, vel quos credit de hoc esse suspectos, in sua familia, vel suo consilio, habere, vel retinere praestant. haec ibi. In Biterensi vero cap. 28. idem cauetur his verbis: Et ne Bailliuas, seu administrationes teneant, nec sint in consilijs, vel familijs potentum, &c. Sunt haec valde insignia, & diligentissime perpendenda in hac heresi causae, nec vllus est in hac praxi locus, qui non habeat recordam eruditionem, desuit Eymérico stylus elegans, sed non prudens, & profunda rerum cognitio, cum nihil serè dicat, quod probatis auctoritatibus non nitatur, quamvis eas ipse non citet; quo magis miror quorundam iniustam fortassis sententiam, afferentium haec omnia vel abijisse iam in desuetudinem, vel facile contemnenda, cum meliora excogitari possint, quod nusquam putarem audiretū.

Forma litterarum requirendi, & monendi officiales temporales, vt praestent iuramentum sub pœna excommunicationis.

Rater N. ordinis Prædicatorum in talibus terris, seu dominio talis domini, Inquisitor hereticæ prauitatis a sancta sede Apostolica specialiter delegatus venerabilibus, & in Christo nobis dilectis, tali Vicario, tali Balliuo, tali Subballiuo, & talibus Consilibus talis ciuitatis, vel loci: Salutem, & mandatis nostris, immo veris Apostolicis firmiter obedite.

Cum omnes renati fontè baptismatis, & praesertim domini temporales, consules, officiales, & aliarum prouinciarum, ciuitatum, castorum, & locorum rectores, & regimini praesidentes, teneantur in defensione sanctæ fidei orthodoxæ, & extirpatione prauitatis hereticæ, iuxta posse, & officium tuum Ecclesiam adiuuare, si fideles haberi cupiunt, & tales a cæteris reputari; & hoc iurare cum ab Episcopis, vel Inquisitoribus fuerint requisiti, si vitare cupiunt graues, & multiplices pœnas iuris, prout docent canonica instituta: Et nos qui ad ciuitatem talè venimus causa fidei, & existimus de praesenti, habemusq; in ea nonnulla fidei ardua negotia peragere pro sancta fidei defensione, & extirpanda heretica prauitate; quod facere commode nequimus, nisi vestrorum inuocato auxilio brachij secu-

laris, Ea propter auctoritate Apostolica, qua fungimur in hac parte: Vos & vestrum quemlibet requirimus, & monemus, ac monendo in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœnis in iure contentis praecipimus, & mādamus, quatenus post tres dies naturales proxime, & immediate sequentes, quorum primum pro primo, secundū pro secundo, & tertium pro tertio termino; & pemptorie, ac trina monitione canonica assignamus; scilicet die tali proxime, & immediate sequenti veniatis in terram talem, & tali hora, & in tali loco corā nobis corporaliter praesentemini, & corporale praesentemini iuramentū ad sancta quatuor Dei

B Euāgelia ibi nobis, & coram nobis praestetis, iuretis, & promittatis, quod toto tempore vestri regiminis in officio memorato fideliter, & efficaciter, eū a nobis fueritis requisiti, Ecclesiam contra hereticos, & eorum cōplices adiuuabitis, bona fide, iuxta officium, & posse vestrum. Et nihilominus quod inuolabiler seruabitis, & seruari facietis in terris vestrae iurisdictioni ac regimini subiectis, constitutiones contra hereticos, credentes, receptores, fautores, & defensores ipsorumq; filios, & nepotes a sede Apostolica promulgatas, ac etiam approbatas. Si autem (quod Deus auertat) nostrorum monitorum, mandatorum, & praceptorum, immo verius Apostolicorum immemores extiteritis, & rebelles praefatis nostris monitis, & mandatis, infra praetaxatū vobis terminum non parendo, sciatis vos, & vestrum quemlibet, sic rebellem, contumacem, & inobedientem, vel sic rebelles, contumaces, & inobediētes nobis, immo reuera Ecclesia sancta Dei, excommunicationis sententia innodatum, & innodatos: quam excommunicationis sententiam in vos, & vestrum quemlibet, sic inobedientem, contumacem, & rebellem nobis, immo sanctissimi nostro Papa; nunc vt extune, & tunc vt ex nunc, vestra contumacia exigente, & iustitia requirente, in his scriptis sententia literis promulgamus. Notificantes, quod si permiseritis vos praefata nostra sententia innodari, procedemus contra vos ad pœnas alias debitas grauiiores, & ad inquisitionem earundem, prout ius & iustitia sua debent. Datum sub nostro sigillo, die tali, mensis talis, anno talis, ac loco tali.

Quibus litteris praesentatis, si infra eis terminū assignatum comparuerint, & iurare consenserint, iurent secundum formam superius expressam. Si autem non comparuerint, elapso dicto termino, publicentur excommunicati, & publicari mandentur in Ecclesia cathedrali, saltem per litteras tenoris sequentis.

† al. persona-
luer.
† al. persona-
lic.

14
Si non obedi-
uerint decla-
rentur excō-
municati.

COMMENT. V.

Multis rescriptis Apostolicis conceditur Inquisitoribus, vt possint seculares magistratus cōpellere per cēsura ecclesiasticā ad praestandum iuramentum, & de custodiendis legib; in hereticos editis, & de extirpandis eisdem de terris suis inam, vt cætera omittam, Innocentius iij. rescripto incipiente: Orthodoxæ fidei. hanc illis apertissime tribuit facultatem, ibi: Si vero nostris in hoc, im-

Num. 13.
Magistratus
seculi cōpel-
li possunt ab
Inquisitorib;
ad praestandū
iuramentum

